

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerédo uiro, eruditione & pietate prestanti, domino Georgio  
Buchholtzero, docenti Euangeliú in ecclesia Dei in urbe Berlina, amico suo  
charissimo, Phil.Mel. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

qui dies cum annum ordiatur, ex animo Ecclesie  
Dei et eius hospitij, et tibi et tue domestice Ecclē  
siae, annum tranquillum, faustum & felicem opto.

Reuerēdo uiro, eruditione & pietate pre  
stanti, domino Georgio Buchholtzero,  
docenti Euangeliū in Ecclesia Dei in ur  
be Berlina, amico suo charissimo,  
Phil. Mel. S. D.

Reuerende uir & amice charissime: Venit huc  
tabellarius ducis Vuirtebergēsis Caspar Schubart  
Cygneus, modestus homo, qui attulit Brentianam  
declarationem, in qua ostendit Brentius nomina  
tim, quas corruptelas Osiandri improbet. Mittam  
uobis exempla, ubi descripserimus. Idem nūcius e  
pistolam habet scriptam ab illustrissima cōiuge du  
cis Vuirtebergensis, ad illustrissimam sororem, ut  
mibi quidem uidebatur foris aspicienti inscriptio  
nem. Iussi igitur nunciū ipsum istuc proficisci: quia  
hoc genus literarū singulari diligentia et fide exhi  
bendum est. Petetis etiam responsonem: omnino  
gratificandum est mutue pietati sororum. Me ha  
stenus impediuit editio Locorū doctrine Christia  
nae Germanica, quod minus Stancaricā responsonē  
absoluerim. Sed nunc rursus eam in manib. habeo.  
Exempla Locorū uobis mittam, cum typographus  
absoluerit. Nunc mitto alium libellum, non uestra  
lection

lectione dignum, sed tamen ostendentem nostros labores in hac scholastica gubernatione: quam ut Deus adiuuet, toto eum pectore oro. Snepius copiose mihi de Mediatore scripsit: et defendit idem, Mediatoris et intercessoris officium non esse unius tantum naturæ proprietatem, sed personæ, secundum utranq; naturā. Sed hæc aliàs copiosius. Quo ut per hunc tabellarium respondeas. Bene & feliciter uale. Die æ quinoctij uerni, Anno 1553.

Venerādo uiro, eruditione & uirtute præstanti, domino Georgio Buchholtzer, præposito Ecclesiæ Dei in urbe Arctoa, amico suo charissimo, Phil. Mel.

S. D.

Venerande domine Georgi, hunc nuncium mihi ad uirum clarissimum dominum doctorem Hieronymū: qui an sit Berolini, aut Francosordie, nuncio meo indicabitis. Literas autem, si quas mihi uolueritis mittere, huic tabellario tradite. Nos nihil noui habemus, nisi rediisse Ducem Saxonie Mauritium Electorē, et adducere Magistrū Theutonicū, ut uocant, ut cōducantur equites. Sermones hominum nō obscuri sunt de bello Heluetico, et de bello Saxonico. Deus reddat miseræ Germaniæ pacē. Bene ualete, et rescribite. Salutem reuerenter opto uiro clarissimo, domino Cancellario. Die Nicolai.

Eidem.